


Luxi

Caesi M. on

 **Iuris Vniuersi**

IUSTINIANEA

methodus, olim à Cicerone optimo
iuris artifice præscripta, nunc Dei
munere ueluti postliminio reuocata,

Per D. Iohannem Drosæum Samaritanum iuris utriusque
antecessorem, apud Cadomum celeberrimam Northmanno-
rum Academiam.

*Pax è in cella, foris nõ nisi bella
Aut dolendũ aut ardendum.*

P A R I S I I S

Apud Maturinum Dupuys, sub signo hominis syluestris, &
in signi Frobeniano, in via ad diuum Iacobum.

M. D. XLV.

CVM PRIVILEGIO

Regio ad quinquennium.



FRANCOYS par la grace de Dieu roy de France
aux preus^s de Paris, baillly de Rouē, seneſchaulx de Lion
Päcon & Thoulouze, & a tous noz autres iusticiers & offi-
ciers ou a leurs lieutenäns Salut. Receue auös la supplication de no-
stre cher & bien ame Matburin dupuys marchant & libraire en
nostre ville de Paris. Contenant que puis nagueres il a recouuert
la copie de certain liure, intitulé Iuris vniuersi Iustinianea metho-
dus, compose par maistre Jehan Drosse docteur regent es droitz
en l'uniuersite de Caen. Laquelle copie il feroit volontiers imprimer
en bös & suffisans caracteres & biē correctemēt pour le prou-
fit de ceulx qui estudiant es droitz. Mais il doubte que aultres li-
braires que luy ne vouldissent p' apres faire i'primer le d' liure sur la
copie de ceulx quil auroit faict i'primer. Qui seroit le frustrer des
gräs fraiz & mises quil luy cōuēdra faire a i'primer ou faire im-
primer ledit liure, dublement nous requerrät sur ce luy vouloir ou
d'roier & p'mettre, quil puisse & luy loyse i'primer ou faire i'pri-
mer & v'edre ledit liure, & deffendre a tous aultres i'primeurs &
libraires, quilz n'imprimēt ne v'edēt iceluy liure iusques a cinq ans
a cōpter du iour que ledit liure sera acheu ad i'primer pour le recō-
p'ser de sesditz fraiz & mises, & aussi du labeur quil pourra em-
ployer a bien soigneusement & diligēment i'primer ou faire i'primer
ledit liure. Pourquoy nous ces choses cōsiderees, Scauoir faisons,
que audit dupuys auös p'mis & octroye, p'mettös & octroyös par
ces presentes, qual puisse & luy loyse i'primer, ou faire i'primer &
v'edre ledit liure, iusques au tēps & terme de cinq ans. A cōmen-
cer du iour que sera faicte la premiere i'pressiō. Sās ce que pendēt
& durāt le d' tēps aulcū aultres libraires & i'primeurs se puissent
ingerer iceluy i'primer ou exposer en v'ete sans le vouloir & cōsen-
temēt dudit suppliant. Et ce sur pebie de cōfiscatiō desditz liures
& d'andē arbitraire euers nous & le d' dupuys. Si vous m'adons
& cōiognös p' nosdictes presentes, que de noz presēs grace et octroy
& p'missiō vous faictes, souffriez & laissez ioyr & vser le d' du-
puys plainemēt & paisiblement. Car ainsi nous plaist il estre faict
Nōobstāt oppositiōs ou appellatiōs quelcōques, & sans preiudi-
ce dicelles, pour lesquelles ne voulons estre differe en aucune ma-
niere. Donne a Paris le 4. iour de Iuing. L'an de grace mil cinq
cens quarante & quatre. Et de nostre regne le trentiesme.

Par le Roy a vostre relation.

Ainsi signe Bollioud.

*CLARISSIMO VI-
ro Iacobo Spifamio præfidi &
cæcellario Parisiensi An-
dre. Ginosius San-
Etambrosiensis
S. P.*



Voniã hic liber Iohannis Dro
sei methodus iuris inscribitur,
initio perficiendum mihi pu-
taui, vt & nominis rationem
exponerem apertius, & cur in
alieno opere hãc operam col-
locarem. Nam cum ex omni-
bus animantibus vnus homo, vi mentis, admirabi-
lem totius vniuersi ordinem perscrutetur, & intel-
ligat, ipsarumque partium inter se conuenientiam
perspiciat, & qui inde existit, pulcherrimum concen-
tum animo plenè concipiat: absurdum meritò cen-
seatur, si ipse neque in tractãdis rebus suis modum
vllum adhibere, aut quid deceat videre, neque in do-
cendis discendisve artibus & disciplinis certam vi-
am & rationem (quam methodum, quasi τὸ μὲτὰ τῆς
ἰδέου vocant) sequi, neque aliis (quo facilius omnia
percipiantur, ac diutius percepta retineantur) indi-
care velit. Id quod in hac tanta ingenii humani im-
becillitate non modo necessarium omnibus videri
debet, sed & amœnum, & ad naturam hominis vs-
que adeo accommodatum, vt nusquam sese magis

PRÆFATIO AD LECTOREM.



V M iuxta Pomponium bone le-
 ctor, constare Ius non possit ni-
 sit aliquis Iurisperitus, per quē
 in melius quotidie producat, &
 ego huic saluberrimæ p̄fessionī
 à quatuordecim iam annis con-
 secratus sim, omnem in hoc o-
 peram diligentissime impendi,
 vt Iustinianeam aliquando me-
 thodum patefacere: hoc est, iustam iuris docendi ratio-
 nem. Inter tot enim hominum de iure sententias, nemi-
 nem adhuc comperi, qui veram Iustiniani mentem asse-
 cutus videatur, qua tamen probè perspecta, nihil esset
 iure ipso facilius, vtilius, amabilius, quod ideo hacten-
 us omnibus adeo obscurū, paucissimis vtile, plurimis
 odiosum visum est. Sunt qui Philosophiæ studijs, vt à do-
 ctissimis incipiam, adeo sese oblectent, vt iuris studium
 nihil faciant, cum fontes ipsos, inquit, à quibus ius
 deductum est, teneant, longè melius ducentes ex lym-
 pido fonte, quàm ex turbidis riuulis haurire. Alij, qui
 ab Accursio, eiusque interpretibus ius didicerunt, infi-
 nitis quauis laboribus, & longo demum rerum vsu,
 ipsam tamen neminem posse aliter assequi iudicant: cū
 sic ipsa disciplina (dicunt) discurrat, vt nisi eam certis
 sedibus ac theoreticis doctores explicuissent, nullo modo
 intelligi posset. Recentiores iam plurimi, bonis literis
 imbuti, scribentium autem barbarie offensi, artes varias
 ac rationes moluntur, quibus ipsa iurisprudencia elegā-
 tissime conscripta, & in scholis purius ac facilius tradi
 possit, & in iudicijs postea more oratorū vetusto tracta-
 ri, quo Respub. ignoratione iuris (vt aiunt) penè colla-
 pta, simul cum iure ipso instauretur. Pragmatici deniq;
 multi solo rerum vsu pollentes, eo que certius quid in
 suo foro agi solitum sit tenentes, iuuenes à iuris ipse ali-
 eni studio longiore dehortantur, ad praxim statim &
 questum suo exemplo trahentes, quos sæpissimè vul-

INSTITVTIO. NV M CIVILI- um Methodus .



Primum ex D. Derreri inuentione in ius, & iuris obiectum diuiduntur. De iure primis duobus titulis agitur, qui secundum Appellum sunt tanquam vniuersae tractationis praeludia. Iustinianus itaque tractaturus Romanum ius, priore titulo eius fontes & principia a quibus ortum est, primum aperit, iustitiam videlicet & iurisprudentiam definiens. Iustitia est in voluntate, prudentia in intellectu: vtraque autem tanquam causa iuris, vel effectus accipi potest. Priore modo est rudis & informis, altero exposita & formata. Deinde viam duplicem iuris facile tradendi seu accipiendi exponit, vnam leuam ac simplicem, qua genera & species rerum civilium ordine exponit. Alteram exactam & diligentem, quae singulorum causas & circumstantias latius explicat. Postea praceptorum iuris compendium aliquod, ad quae omnia rediguntur, veluti scopum quendam iuris exponit. Consequenter ius diuidit in publicum, quod res communes respicit: & priuatum, quod res proprias, ita iure poteris vel domum, vel ciuitatem probe regere, quod vel politiam, vel oeconomiam docet. Continuò ius priuatum in triplicia partitur praecpta, Naturalia, Gentium, & Civilia, omissa interim & in aliud tempus opportunius publicae tractatione, cui priuatum viam munit.

¶ Altero deinde titulo pro explicanda partitione praefata, primum aliam iuris diuisionem trimembrem exponit: in qua tres gradus obseruabis. Quaedam sunt communia omnibus animantibus, alia solis hominibus, vel omnibus vel vni populo. Nec mysterio caret, quod

Iurisprud.
lib. 1.

In Instit.
metb.

Zar. in. l. i.
§. de Iust.
& Iur.